



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniæ, 1655

§. 234. Et petræ scissæ sunt. v. 51.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45515

abhorre, sicut olim Core Datan & Abiron in seruum Dei Moysen solum peccantes. Tremebat terra praे indignatione, & erudiebat nos, quod & corda nostra debeant tremere & mouerit cum Davide contra peccatores & sceleratos mores dicente; *Vidi preuaricantes & tabescetam quia eloquia tua non custodierunt.* item compati Christo cum S. Hieronymo dicente: *Omnis creatura Christo moriente compatitur, sol obscuratur, terra mouetur, petra scinduntur, monumenta aperiuntur, velum diuiditur, sed heu solus homo non compatitur, pro quo solus Christus patitur.* Sed & ostendit hic terræ motus iram Dei vehementer accusam esse, contra illos qui Christi mortem & passionem procurarunt, prolongarunt, spernunt sibiique non applicant: & tamen pro pudore atque dolor quanti hoc considerant? quanti curant? Ah quis dabit intellectum, ut hæc intelligent & agnoscant? *Quis memoriam, ut recognoscant?* *Quis lacrimas ut defleant noctes & dies perfidiam suam, negligentias suas, & peccata quibus iram tuam ô Deus commerentur mortales?*

Svauissime Iesu propono ex nunc, tua adiuuare gratia noctes & dies perpendere qualia & quanta pro salute mea passus sis, quomodo cum adhuc inimicū tuū essem, redemeris me, cum tanquam ouis perdita oberrarem, multo sudore & labore me quaeriseris; magno cum cruciatu inventum patri obtuleris saluandum. enim vero hoc opus magni amoris est! da ut amore amorem compensem hic, ne sim causa doloris & vindictæ, quandoque in me etiam creaturarum inanimatarum.

§. 234. Et petra scissa sunt. v. 51.

Etiam durissima illa Creatura, Petra liquefactæ sunt praे Compassione, & indignatione, ita ut scinderentur in partes, dum rationalis creatura Deum suum scindere non erubescit, rescindendo vinculum unionis inter Corpus & animam Christi.

Attende tibi, ô Christiane, qui nunc Ecclesiam Christi scindis Schismate, uti olim Christum ipsum scidit Iudeus. Vide, inquam ne petra in Christi morte iam scissa super te cadant, & te deprimant in infernum. Ad scissuram petrarum, conuertitur latro, & agnoscit Deum centurio, agnoscit & miles & tundentes pectora sua praे dolore peccatorum: clamat Centurio, *Vere filius Dei erat iste;* clama & tu vere illa Dei erat Ecclesia, quam disrupt Lutherus, & confregit Caluinus, quoniam ex eo tempore mala infanda inundauerunt, Virtus Germanorum, quæ era^t quasi petra solidissima, confracta est, dissipata est &c. O dolor!

§. 234. Et monumenta aperta sunt. v. 52.

Hoc miraculo Deus toti mundo significat, se iam per mortem suam fregisse